# Hortulus Elegantiarum

Magiſtri Laurētij Coruini Nouoforēſis
Partim ex Marci Tullij Ciceronis ſurculis
partim ex ſuo germine conſitus
In cuius fine deſcribitur Craco-
uia Polonie Metro
polis carmie Sa
phico.

## Laurentius Coruinus

Has tibi Sarmaticum. doctiſſima Craco. ſub axem
Coruinus leto mittit ab orbe notas
Hinc vbi Breſla potens ⁊ in edibus inclyta ſacris
Menia. preruptis tollit ad aſtra iugis
Scilicet alma meum rude pectus mater alebas
Gnati primitias excipe queſo tui
Quas meus ethereo non ſat madefactus ab ymbre
Sole nec Aphrico parturit vſtus ager:
Dum mihi caſtalij fundet plus roris Apollo
Etnea ſub tepido rura colore coquet
Ipſe ſub autumpni tibi ſidere vitibus Hortum
Plenaqꝫ maturis fetibus arua dabo

**Laurētiꝰ Coruini. Academie Cracouiēſis Studentibus Salutem Dicit**

Cum quod pluris facerem veſtra in bonis artibus eruditione habeam nihil ex Tulliano vobis Viridario paucos. ⁊ eos quidem pulcerrimos latini vigoris ꝺ legi floſculos in hunc Hortulum conſitos. quibus dum incultum litterarum rubum ornaueritis: multum ille decoris pre ſe feret. more quoqꝫ cadentis. Roſarij non paululuꝫ iucundiſſimi ſpirabit odoris. Quamobrem poſtea ꝙ̄ diurnuꝫ laborem in ſacerrima Minerue paleſtra cōfeceritis ad ſolis occaſum in herboſis huius Hortuli locis ⁊ denſi graminis thoro refrigerium accepiſſe maiorem immoduꝫ conducet Dehinc inter varias herbulas ⁊ letiſſima vireta flores ꝑ arbitratu vrō decerpite. ⁊ famem veſtram fructuum ſuauitate eximite. ꝙ ſi vobis fauces pre ſiti aruerint per obliqua Hortuli deuexa pergite Scaturit ibi fonticulus vitreo latice placidus. qui ꝑ vmbroſam frondentis dumi conuallē leni ſuſurro delapſus dulciſſimas guſtu euomit vndas. quas ſi potaueritis erit id vobis maxime voluptati Valete ⁊ me vt conſueſtis amate Ex Bratiſlauia pridie Nonas Septembres Anno milleſi: q̄ngēte. ij.

Cripturi aut locuturi ꝑ verbū futuri tꝑis: qđ precedit hec Cōiūctio ꝙ. cum ntō vel nominatiuis ꝯiūctionez illam ſequentibus. ſi abiecta cōiūctione ntm̄ vel ntōs mutaueritis in accuſatiuum ſeu accōs. ⁊ loco verbi futuri tꝑis ſcripſeritis aut protuleritis ſuum participium etiam futuri tꝑis. ſic ꝙ illud cōformetur in numero genere ⁊ caſu actiuo vel actiuis prelocatis lepidam valde redderis orōem vrāz Exemplo nobis ſint in p̄mis ſcripta Ciceronis: a quo oīs latina eloquentia veſtram non mediocriter augēda eſt. Inculto tm̄ ſermone prius poſito vt ad oculuz perſpicere poteritis quo vobis pacto illepida oratio elegantiarum flore ſit decoranda

¶ Incultus ſermo

Lentulus ſcribit ꝙ mee lrē maximū apud te pōdus habebūt

¶ Cicero ad Appium pulcrū īpatorē

Lentulus ſcribit meas lrās maximū apđ te pōdus habituras

¶ Incultus ſermo

Promitte ꝙ tu omnia facias propter me.

¶ Cicero ad alienum procōſulē

Pollicear e te omnia facturū mea cauſa

¶ Incultus ſermo

Tm̄ habeo ꝓmittere ꝙ ego tibi abſenti tuiſq̄ p̄ńtibus abūdāter ſatiſfaciam ¶ Cicero ad lentulum procōſulē.

Tantum habeo polliceri me tibi. ⁊c̄. cumulate ſatiſfacturum.

¶ Illepidus ſermo

Confide ꝙ ego tibi tuiſq̄ nunq̄ deero

¶ Lepidus ſermo.

Confide me tibi tuiſq̄ nunq̄ defuturum

¶ Incultus ſermo.

Intellexi ꝙ vos hodie ad Cracouienſe gymnaſium recedetis concedetis abitis: diſcedetis: proficiſcemini

Lepidior ſermo.

Accepi vos hodie ad Cracouieñ. gymnaſium receſſuros. conceſſuros. abituros. diſceſſuros. profecturos

¶ Incultus ſermo:

Hoīes aiūt ꝙ Petroniꝰ ex vrbe ad patriā nūq̄ redibit reuertet

¶ Cultus ſermo

Fama it Petroniū ex vrbe ad patriū ſolū. ad natale ad patriuz larem: ad patrios penates. nūq̄ eſſe redituru. reuerſurum.

¶ Incultus ſermo
Promitto tibi ꝙ ego in omnibus rebus tibi adero: tibi ꝓdero.
¶ Cultus ſermo
Spōdeo me oībus in rebus tibi affutuꝝ: tibi profuturum
¶ Illepidus ſermo
Si non facies maiorem diligentiam timeo ꝙ labor meus nul-
lum penitus fructum tibi afferet.
¶ Lepidus ſermo.
Si non plus opere feceris vereor laborem meum nihil pro-
ſus fructuum tibi allaturum. Hoc ſimiliter notatu digniſſi-
mū eſt Quotiens hoc verbū volo vis vult. ⁊c cū alio verbo in-
finitiui modi ſcribendum venit. aut proferendum. totiens hoc
ꝟbum volo vis vult. ⁊c in ꝟbū ſubſtātiuū Sum es ē ⁊c. ⁊ infi-
nitiuus in ꝑticipiū futuri tp̄is. ſi ꝑmutauerimus iterū ſub con-
formitate accidentium grammaticalium cum caſuali prepoſi-
to non parum leporis orationi adijciemus
¶ Incultus ſermo
Scripſi totius facti iudicium homines velle facere
¶ Cicero ad Lentulū procōſulē
Scripſi totius facti iudicium homines eſſe facturos
¶ Incultus ſermo.
Ille putabat te velle q̄rere nū vnū celum eſſet an innūerabilia.
¶ Cicero ad Petum.
Ille putabat te eſſe q̄ſiturū num vnū celū eſſet an innūerabilia
¶ Incultus ſermo
Sulpitius conſul negabat ſe id velle pati
¶ Cicero ad Appium
Sulpitius conſul negabat ſe id eſſe paſſurum.
¶ Illepidius ſermo
Magiſter: cras ante ſolis ortum in Vergilio vult legere
¶ Venuſtior ſermo
Mgr̄. cras ꝑmo diluculo ꝑuſq̄ꝫ illuxerit in Vergilio ē lectur⁹
¶ Incultos ſermo
Paulinus aiebat ꝙ ipſe balneuꝫ vellet ingredi. intrare. petere
¶ Cultus ſermo
Paulinus aiebat ſe balneū eē ingreſſuꝝ. intratuꝝ. petiturū
¶ Illepidus
Promitto ego omnia volo facere pro veſtra voluntate

¶ Lepidus

Spondeo me omnia eſſe facturum pro arbitratu veſtro

¶ Incultus ſermo

Profiteor ꝙ ego volo vobis ſꝑ morē gerere. auſcultare. obtemperare. obſequi

¶ Cultus ſermo

Profiteor me ſemper vobis eſſe morem geſturum. auſcultaturum. obtemperaturum. obſecuturum. Relatiua item qui. que. quod. quos. quas. que. ſi in oratione ſituantur ſequente verbo futuri tp̄is ꝑuenuſte omittuntur dū ꝟbū futuri tp̄is in ꝑticipiū eiuſdē tp̄is ꝑmutatur: ſic ꝙ reſpondeat in accn̄tibus illi añcedenti qđ prius referebat relatiuū iā omiſſum vt is ſermo.

| | |
|---|---|
| | peribit |
| | interibit |
| Bonarum artium ſtudio queritur nomen quod nunq̄ | intermorietur |
| | cadet |
| | in preceps ibit |

¶ Elegantius exprimitur

| | |
|---|---|
| | periturum |
| | interiturum |
| Bonaꝝ artiū ſtudio queritur nomen nullo vnq̄ euo ſeculo | intermoriturum |
| | caſurum |
| | in preceps iturum |

¶ Incultus ſermo

Compara tibi diuitias que ſemper durabunt manebunt

¶ Elegantius dicitur

Compara tibi diuitias ſemper. duraturas. manſuras. Item. Res que celerem habebūt finē ſumma diligentia expoſcimus.

¶ Lepidus.

Res celerem finem habituras ſumopere expoſcimus. Nominatiuus cū alijs caſibus ꝓferēdus cū verbo futuri tp̄is ꝑ belle ſibi copulat hoc verbū ſum es eſt cū ꝑticipio futuri tp̄is congruēti accedētibus cū caſuali prepoſito. vt tu quid ages. ⁊ ꝗd tibi placeat pergratum et ſic ad me ſcripſeris

¶ Cicero ad Varronem.

Tu ꝗd ſis acturus et ꝗd tibi ⁊c̄. ¶ Illepidus ſermo. Igitur ſi venias neceſſe eſt ꝙ tu venies ¶ Cicero ad Varronē

Qua propter ſi venturus es ſcitote neceſſe te venturum

¶ Illepidus ſermo.

Mens mea mihi p͛dicit ꝙ aliquod malū mihi hodie eueniet
¶ Lepidioꝛ ſermo.
Mens mea mihi preſagit ꝙ aliqͣd mali hodie mihi ē euēturū.
¶ Jllepidus ſermo.
Si aliquam aduerſitatem deus afferet equo animo patiar.
Uenuſtioꝛ ſermo
Si qͣd aduerſitatis deus ē allaturus equo id aīo ſum paſſurꝰ
Ego ibo ad vniuerſitatē Cracrouienſem Lipſenſem. ⁊c.
¶ Lepidus dicitur

Academiam Cracouienſem
Paleſtram doctrinarum
Jturꝰ ſum ad Gymnaſium Cracouienſe
Alium bonaꝝ artium

Quid craconie ages? Elegantius Quid cracouie es acturus.
Poſt tonitrua aderunt imbꝛes. veniunt ſepe numero pluuie.
¶ Elegans.
Poſt tonitrua ſunt affuturi ymbꝛes. ſunt venture pluuie.
¶ Uerboꝝ ꝑterea multitudinē euitamus ꝑ participia futuri.
tpis Nā loco illoꝝ verboꝝ dum vel ſi: intēdo: volo: debeo: cu⸗
pio vellem. deberē: intēderē: bibere: ſcribere. ⁊c breuiter ꝑ pul
chꝛe ponitur ꝑticipiū futuri tpis. abiecta ſi et dum vt.
¶ Jncultus ſermo
Si intēdis ł cupis ſcribere carmē ſucciplenū Uergiliū legito
¶ Oꝛnatioꝛ ſermo
Scripturus carmen ſucciplenum Uergilium legito
¶ Jllepidus
Dum vis bibere frigidioꝛis aque hauſtum. ⁊c ¶ Lepidus.
Bibiturus frigidioris aque hauſtū ad obliq̄ deuexa ardui mō
tis ꝑgito ⁊ ſuſurrantis ſcaturiginis fontem querito.
¶ Jncultus ſermo
Si debeo incipere Uergiliū. ⁊c. ¶ Cultus ſermo
Incepturus ego Uirgiliū muſas celeſte domiciliū incolentes
in auxilium inuoco ¶ Jncultus ſermo.
Si vultis ꝯcipere recētioꝛis aure ſpūm. ¶ Cultus ſermo.
Recentioꝛis aure ſpūm concepturi alti montis iugū aſcendite
vbi mitis aer molliter ſpirantes zephiri vos afflat
¶ Jncultus ſermo.
Si cupis oꝛare eas ad cubiculum tuum. ¶ Lepidus.

Oꝛatur⁹ cubiculū tuum intrato Auditurus egregias diſcipli
nas ad collegium ito

¶ Itē ſi duo ỽba eiuſdē pſone cū interiecta pte: vt vel et. ſit̾ po-
ſita fuerit omittatur: vt vel et: ſcdm quoqꝫ ỽbū in pticipiū futu
ri tpis mutetur vt. ¶ Illepidus ſermo

Macellum petam vt emam nobis epulas

¶ Lepidus ſermo

Macellum petam nobis epulas ad cenam empturus.

¶ Illepidus ſermo.

Eamus Cracouiam vt aſſequamur doctrine pabula

¶ Lepidus ſermo

Eamus Cracouiā doctrinaꝝ pabula aſſecuturi. Itē. Perga-
mus ad quernum nemus ⁊ queramus: ⁊c:

¶ Lepidus.

Ad quernū pgamus nemus glādes ibi ſub ſacra Iouis arbo-
re qſituri. Itē. Sedeamus ppe murmurātis fontis allapſum
⁊ accipiam⁹ ſomnū ⁊c

¶ Lepidus.

Sedeamus ppe murmurantis fontis allapſum ſomnū in ro
ſcido gramie ⁊ opacū frigus ab arboꝛib⁹ accepturi. Itē. Ibo
in nemus et indabagoꝛ feras. ⁊c.

¶ Lepidus.

Ibo in nemus varias in vmbꝛoſis ſaltib⁹ pecudes indagatur⁹

¶ Futuꝝ infiniti paſſiui cū pmo ſupino elegātiſſime ponitur p
gerūdio acci caſus ⁊ ỽbo eſſe. vt amatū iri. pꝛo amandum eſſe
Scribis te nunqꝫ a me ludibꝛio ledendū eſſe.

¶ Cicero ad quintum metellum

Scribis ad me te exiſtimaſſe p mutuo inter nos aio ⁊ p recon
ciliata grā nūqꝫ te a me ludibꝛio leſuꝫ iri Itē: Putabā oīa pferē
da eſſe ad ſenatum

¶ Cicero ad Mar. Cathonem.

Eius litteris omnia perlatum iri ad Senatum putabam
Item Memento ꝙ mihi pꝛomiſiſti omne argentum redden
dum eſſe ¶ Lepidus

Memineris velim mihi pollicitum eſſe omne argentū redidi-
tum iri Item Eſtimabam me a te amandum eſſe

¶ Elegantius

Eſtimabā p ſummo meo ſtudio erga tuos me abs te amatū iri

Fugit me. Preterit me. Lepide ponũtur ꝓ iſtis verbis neſcio. ignoro. Similiter ſilentio pieterijt. pro tacuit.

¶ Cicero ad Macium

Te hominem doctiſſimum non fugit ſi ceſar rex fuerit

¶ Cicero ad Lentulum

Sed te nõ p̄terit ꝗ̃ ſit difficile

¶ Cice. ad Marcũ Luciniũ

Nõ eñ fuit aut mediocre aut obſcurũ aut eiuſmoĩ qđ ſilẽtõ poſſit preteriri Item. Feciſſem te equidez certiorẽ ꝗ̃ libẽter de abitõe Põponij. ſed fugit me ſane qñ aut quorſum abiuerit. Itẽ. Tm̃ mihi moleſtie fecerit. Paulinus. vt id ſilentio p̄terire nequeo. Item. Quãuis ꝓpter vie longinquitatẽ reiũ id qđ vo-biſcum agitur ad me qui longe abſum non perlatum iri. nõ tñ preterit me quid egeris. Scripturi per verba video. intelli-go. cognoſco ornatius ſcribemus per hoc v̄bũ perſpicio.

¶ Cicero ad Letulũ procõſulem.

Quantum ergo ꝑſpicio omnia que voles obtinebis.

¶ Cicero ad Cornificium

Facias igitur vt ex binarijs lrĩs tuũ et erga illũ ⁊ erga Dionyſi-um ſtudiũ ꝑſpiciamus. Item. Hoc tibi ꝑſuade me oĩa que ti-bi accommodata fore perſpexero ſummo ſp̄ ſtudio eſſe facturũ Item. Si obſequiũ meũ tibi vnꝗ̃ eſſe profuturũ ꝑſpexeris v-tere illo pro tuo arbitratu. Item. Si Pamphilo p̄clara indo-le puero opẽ mea cauſa tuleris id mihi ꝑſpicies eſſe gratiſſimũ Item. Jam pridem perſpexi quid hoĩs ſit lentulus nã plenus nequitiarum eſt Miſſum facere lepidiſſime ponitur p̄ro di-mittere. omittere. relinquere. aut poſt habere.

¶ Cicero ad Varronem

Sed ridicula miſſa faciamus ꝑſertim cũ ſit nihil qđ rideamus Item. Studiũ bonaꝝ artiũ cur miſſuz feceris nõ poſſum non vehemẽter admirari. Item. Cũ tibi natura acre ingeniũ cõtu-lerit Academiã Cracouiẽſem vt nõ miſſam facias te hortor. Itẽ. Obſcenũ libidinis pruritũ vt miſſum faceres velim: qui vltra id doloris qđ affert animi hebetudinẽ et inſipientiã ẽ pa-riturus. Item Quid cauſe ſit ꝙ id qđ abs te ſcire ſumopere deli-derabã in lrĩs ad me pridie ꝑlatis miſſuz feceris non ſane ꝑſpi-cio. Item. Si p̄clare victurus es turpia miſſa fac in honeſtis ſtudium habeto. Opus ẽ mihi. tibi. nobis. vobis. illis. non illepide ponitur pro indigeo egeo. vel me oportet habere.

¶ Cicero ad Varronem

Auctoritate tua nobis opus eſt ꝛ ꝯſilio ꝛ etiã grã. Item Pecu
niis nũc mihi opꝰ ẽ. quas ꝓpter ſi illas q̃s tibi ſupioribus diebꝰ
accõmodaui ad mecũ p̄ſentiũ portatore pferre curares eſſet id
mihi vehementer gratũ. Itẽ. Opus mihi eẽt nũc tua p̄ñtia cũ
p̄ſertim ſperẽ res meas oẽs tua induſtria in bonũ exitũ eẽ ven
turas Quãobrem ſi tibi nihil ardui negocij domi fuerit ad me.
vt quã primũ venias te vehementer rogo. Itẽ. Vergilio (q̇ mi
hi magno vſui ſemper fuit) opꝰ mihi eẽt. q̃re eũ ad me vt mittas
maximope te rogo: ſi q̇ copiã librorum meorum optaueris id ad te cõ-
feſtim pferri curabo

¶ Duco. exiſtimo. cẽſeo. reor. opinor. puto. autumo. arbitror
in eodem ſenſu ſepe numero ponuntur

¶ Cicero ad Aulum torquatum

Nos qꝫ Rome ſumus miſerrimos eſſe duco

¶ Cicero ad Marcum Mariũ ¶ Ad Varronẽ

Que acciderunt. omnia duxi futura

Tibi igitur cenſeo latendũ tantiſper ibidem dũ efferueſcet hec
gratulatio ¶ Ad Marcum Lucinũ

Has litteras velim exiſtimes vim federis eſſe habituras.

¶ Ad eundem.

Satis eſſe hoc tpe arbitratus ſum ad te ſcribere. Item ſi opam
meã tibi accõmodatã fore duxeris ſenties illã tibi nuſq̃ꝫ defutu
rã. Item. Si q̇d erit qđ ad te ptinere cẽſebo id ſtudioſe et dili-
gẽter vt ꝯficiatur curabo. Item Hoc tibi perſuadeas volo me
nihil diligẽtie eẽ ptermiſſurum in his que tibi conducere arbitra-
bor. Itẽ. Tã gratũ fuit mihi munuſculũ abs te mi amiciſſime
mihi cũ Paulio miſſũ vt nihil oino gratiꝰ mihi vnq̃ꝫ eueniſſe putẽ

¶ Exarare licet pro ſcribere venuſte ponatur. tñ hoc intereſt.
Nã ſcribere eſt etiã igenio aliq̇d facere Exarare vero tm̃ figuras
lrãs facere ¶ Cicero ad Cornificiũ collegã

Hec cũ eẽm in ſenatu exaraui Itẽ. Hec ad te agreſti calamo
exaraui ob celerẽ tabellarij abitionẽ. Itẽ. Plura ad te dũ plus
ocij nactus fuero exarabo. Itẽ. Exaraſſem tibi q̃ꝫ lubẽter q̇d
ſenatꝰ Bratiſlauianꝰ de tua re decreuerit. ſed nihil adhuc cer-
ti intelligere potui.

¶ Hoc verbum intercedit ornate ponitur aliquando pro eſt

¶ Cicero ad Appium

Veteres mihi neceſſitudines cū his omnibus intercedunt

¶ Ad acilium.

Cū familia Titurnia neceſſitudo mihi intercedit vetus.

¶ Ad publiū philippū.

Cum antipatro Derbete mihi non ſolū hoſpitiū eſt: verū etiam ſumma familiaritas intercedit. Itē. Oīa mihi cū Petronio iu‑ra ſumme amicicie intercedūt. Itē. Cū parēte tuo magna mi‑hi ſemper familiaritas interceſſit. ¶ Hoc verbū habeo ha‑bes. mutatū in ſubſtātiuū eſt: ⁊ accūs vel accuſatiui ſequentes in ntīm vel ntōs iterpoſitis ꝓ noībꝫ: mihi. tibi. ſibi. nobis. vob illis. ſic ꝙ ꝟbū ſubſtātiuū eiuſdē ſit nūeri. cuius fuerit accuſati‑uus vel acci: non mediocrem venuſtatem affert. vt habeo pa‑trem. melius dicitur: eſt mihi pater.

¶ Cicero ad Valerium

Nō moleſte fero eā neceſſitudīe ꝫ q̄ mihi tecū ē notā eē ꝗ̄ plīmis

¶ Cicero ad Acilium

Multum mihi hoſpitium eſt cum Liſone.

¶ Incultus ſermo.

Quale negotiū domi habes. ¶ Cultus ſermo.

Quid tibi negocij domi eſt. Item. Nulle mihi ſunt pecunie. Sat tibi mihi ē. Itē. Si mihi tm̄ fuiſſet eris quantum tibi ad Italiam me dudū cōtuliſſem. ¶ Perſuadere eſt exiſtimare. iu‑dicare. firmiter credere. et opinionem habere.

¶ Cicero ad Siliū ꝓpretorem.

Sed puer ipe ſibi perſuaſit te oīa mea cauſa facturum eſſe.

¶ Cicero ad publiū philippum.

Sed mihi ita perſuadeo. Item. Vobis vt perſuaderetis ve‑lim me ꝓ veteri amore erga me veſtro oīa que vobis ⁊ honeſta ti ⁊ vtilitati eē perſpexero ſummis virībꝫ eē peractuꝝ.

¶ Rudus ſermo.

Firmiter credite. ꝙ in nulla re volo vobis obeſſe.

¶ Elegans.

Id vt vobis perſuadeatis oro me nulla prorſus in re vobis eē defutuꝝ. Itē Si de me exiſtimaretis veliꝫ nihil eē tā arduū qd̄ vrā cauſa nō facerē ꝗ̄ lubenter. Item. hoc mihi ꝑſuadeo qui mihi plus dāni vnꝗ̄ intuliſſet ꝓter te fuiſſe neminē. ¶ Tā etſi cura: opera. diligētia idē ſcare videāt. cura tn̄ ad aīmuꝫ. opera ad corpꝰ. diligētia ꝟo tā ad corpus ꝗ̄ ad animum pertinet.

¶ Cicero ad Lentulum.

Omnia mea cura. opera. diligentiaqꝫ prouidebo.

¶ Cicero ad Cornificium.

Pergratum mihi feceris ſi dederis operā vt his intelligat meas apud te litteras maximum pondus habuiſſe.

¶ Cicero ad Seruiū Sulpitiū.

A te peto vt des operā vt intelligat diligēter me ſcripſiſſe de ſe Item. Cuȝ diuini Platonis ſentētia in epiſtola penultima ad Architā Tarētinū Nō ſolū nobis nati ſumus ſed ortus noſtri partem ſibi patria vendicat: partem parētes: ⁊ partem amici. Te hortor vt plurimū diligētie facias in artiū bonarū inquiſitione. quibus parentibꝰ tuis honori: amicis adminiculo: patrie tue eris ampliſſimo ornamento. Item. Tātū me ope cum gnato tuo eſſe facturū polliceor. vt doctus euadat nō paululū tibi glorie allaturus. Item. Omne te in virtutū cultu ⁊ rerum perſpicientia exercites velim. q̇bus ſolis īmortale nomē in terris ⁊ gloria nūqꝫ labefactura nos manet in celis ¶ Scripturi

Hec res eſt. erit vel fuit. Vel. Hee res ſunt. erūt aut fuerūt mihi magna laus: cura: voluptas: dedecus: ſcandalū gaudiū. vſus. adiumētū. adminiculū. auxiliū. preſidiū. vituperatio. honor. ornamētū. honeſtas. vtilitas. cōmoditas. ſolatiū. ⁊c̄.

Multo lepidius ſcribemus ꝑ datiōs p̄dictoꝝ noim. i quocūqꝫ etiā caſu prius ſita fuerint. vt hec res fuit mihi magne cure ſuꝫ me laudi.

¶ Cicero ad Curionem.

Tibi gratulor ⁊ vt ſempiterne laudi tibi ſit iſte tribunatꝰ exopto

¶ Cicero ad Publiū philippum:

Mihi ita perſuadeo eā rē laudi tibi potius q̄ vituꝑatōi fore.

¶ Cicero ad Seruilium.

Pergratum mihi feceris ſi eum ita tractaris vt itelligat hāc meam commēdationem ſibi magno vſui atqꝫ adiumento fuiſſe

¶ Cicero Curionē.

Nec vero cuiqꝫ ſalutem ſuam ac fortunas ſuas tāte cure fuiſſe vnqꝫ puto quante mihi ſit honos eius.

¶ Caiū Caſſiū.

Mihi etiam fuiſti preſidio triſtiſſimis meis temporibus. Item ſperes tibi hāc rē fore maxime laudi. Item. Perchare fili mihi ne ſis dedecori caueto. Item. Emori mauelim q̄ parētibus dedecori eſſe. Item.

Lrē tue ad ſedecimū kalē. Julias ad me ꝑlate magno m ibi fu
erūt gaudio. Itē. Magne vtilitati fuit libellus quē mihi dono
dediſti. Itē. Speres te non parum mercedis a deo habiturū
dum pauperibus adiumento fueris

¶ Certiorē facere ꝑ admonere. ꝑ care vl' ſcribere lepidiſſime po
nitur Hoc tñ notatu dignū ē ꝙ Oratores ſolo cōꝑatiō ꝛ nō po
ſitiō vtūtur Nō em̄ licet oratori dicere. Facio te certum. ſed cer
tiorem Nec licet: certus ſum. ſed certior factus ſum.

¶ Cicero ad Miſſinum.

Si quid acciderit te certiorem faciam ſtatim.

¶ Cicero ad Lentulū proconſulē

Legi tuas lrās qbus ad me ſcribis gratuꝫ eē ꝙ crebro per me
certior fias ¶ Cicero ad Terentium

Si qd erit certi faciā te certiorē ¶ Ad Marcellum

Me tñ veli q ad epis te expectem ꝯ certiorē facias. Itē. Acce-
pi Pāphilū Rome fuiſſe ꝙ ſi me certiorē feceris qd ibidē egerit
id mihi nō tā gratū ꝙ ꝙ gratiſſimū. Itē. Et me ſcire optas an
ſcholaſtici cetꝰ moderamē miſſuꝫ facere veli nihil adhuc certi
mecū cōſtitui. verū poſteaꝙ ſtatuero faciā te eueſtigio certiorē

¶ Mea cauſa lepide poītur ꝑpter me vel ob meum amorem.
Simliter tua cauſa pro propter te ꝛ ſua cauſa pro propter eū

¶ Cicero ad Publiū Philippum:

Quid mea cā facere poſſis: nā quin velis nō dubito veli ſi tibi
graue nō erit certiorē me facias. Itē Si pñtiū tabellario qcpi
ā humanitatis tue mea cā exhibueris id mihi exhibitū putabo
Itē. Si qd honoris ꝛ bñficij in germanū meū mea cā cōtuler
id te in meipſum cōtuliſſe exiſtimabo. Itē. Hoc tibi perſuade
Pauline rem oīm tua cauſa maxime cure mihi ſemꝑ fuiſſe

¶ Sum eē ē. boni ꝯſilij mire ꝓbitatis. fortis animi vir. ꝑcla-
re indolis adoleſcēs mire pulchritudinis vgo. Ornatiꝰ ꝓfertur
in abltō. ſic tñ ꝙ ꝑſona q laudat l' vitupat in fine locet

Cicero ad Titium

Nulla fuit vnꝙ tā ibecilli mulier aīo ¶ Ad Publiū

Extremū illud ē vt ꝛ horter ꝛ obſecrē aīo vt magno ſis. Item.
Si humeris tuis magnū triſticiaꝝ onus deus ipoſuerit forti
ſis aīo ſperes qꝙ te illius grām iā nūc eſſe ꝯſecutū vl' breui cō
ſecuturū. nā quos hic meroris tangit flagello ſui vt memine-
rint ſollicitat. Item. Si ingentem deus ſarcinā ceruici tue in-

iecerit. fracto et demiſſo aīo eſſe nolito. ſed eius te clemētiā ad/
eptū eſſe cōfide. nā quos in hac triſticiaꝝ cōualle gurgite miſe
riaꝝ ꝓfundit hos ad celi ꝟticē oculos vt ſubleuēt miſericordi/
ter admouet. Itē. Si de ſummo celi ꝟtice in nos qui in humi
li terraꝝ valle degimus rapidus erūnaꝝ torrēs defluxerit. ob
durato ſimus pectore ⁊ ne penitus in gurgitē cadamus. ⁊ inte
rea tpis in accliuē montis collē aſcendamus donec hec inunda
tio torrētis more ſubſederit. Item. Si deus in ſata noſtra grā
dinē miſerit nō effeminato ſimus animo. ⁊ perſuadeamus no
bis eum futuro anno vberioris ſegetis fructu hanc noſtrā iac
turam eſſe recuperaturum Item.

| | | |
|---|---|---|
| Pamphilū | Suauiſſimis moribus. / Singulari probitate / Temperatis moribus / Moderatis moribus / Egregia indole / Multa doctrina | adoleſcentē cōmēdo tibi plurimū. |
| Petruz | Summa humanitate / Acerrimo ingenio / Preclara virtute / Mira induſtria / Perſpicaci minerua | virū tibi cōmendo |

¶ Hoc maximopē obſeruādū ꝙ adiectiua ſubſcripta mutata in eoꝝ ſubſtātia neutrius gñis ⁊ ſubſtātīm illius adiecti cuiuſcū ꝗ caſus fuerit in gtīm ſingularē aut pluralē habito reſpectu ad numerū ſubſtantiui multū ornamenti afferet orationi

Magnū in multum — Nullum in nihil
Maximā in plurimū — Nullam in nihil
Modicū in parū l' paululū — Maiorem in plus
Tantam in tantum — Maius in plus
Quantam in quantum — Minorem in minus
Vel in quid — Aliquā in aliquid vel quid
Aliquod in quicꝗ vel quicpiam
Quodcunꝗ. quecunꝗ. quamcunꝗ. in quicquid.
Aliquod in quid — Has in hoc
Aliquē in alquid vel quid — Hos in hoc
Aliquas in aliquid — Quem in quid
Plurimam in plurimum — Quam in quid.

Sufficiens in ſat vel ſatis
Non nihil pro aliquid poſitum lepidiſſimum eſt.
¶ Cicero ad Uarronem
Caninius tuus cum ad me veſperi veniſſet: ⁊ ſe poſtridie ma-
ne ad te iturꝫ eē dixiſſet. dixi ei me daturꝫ. aliqđ litterarum.
¶ Cicero ad Curionem.
Rogo atqꝫ oro ne patiare mihi q̄cpiā tp̄is ad hāc ꝓuinciā pro
gari ¶ Ad Eundem
Profecto vides quid inſidiarꝫ ⁊ quid vanitatis in vita ſit
¶ Ad Celium edilem
Cum hoc ad te litterarum darem
¶ Terenium
Quicquid officij: honoris. in Demicilium contuleris id te exi
ſtimabo in rem meam contuliſſe
¶ Ad Caium Anthonium.
Si q̄d amoris in te reſidet erga me id omne in Pomponij ne-
gocio oſtendas ¶ Ad Brutum
Fac te q̄ꝫ primū intelligā hanc meam commendationem illi tā
tum vtilitatis attuliſſe quantum et ipſe ſperarit
¶ Ad Plancum
Et ſi reipublice cā maxie gaudere debeo tm̄ ei te preſidij q̄tū
opis attuliſſe ¶ In Aulum Torquatum
Sed cum plus in metuēdo mali ſit q̄ꝫ in ipſo qđ timetur.
¶ Ad Quintum Metellum
Lrē fratris mihi tantum ſpei dederant vt in te nō minus auxi
lij q̄ꝫ in tua collega mihi conſtitutum fuerit
¶ Ad Caium Caſſium
In veſtro ingenio et induſtria mihi plurimum ⁊ ſuauitatis et
dignitatis conſtitutum puto
¶ Ad Eundem
De hiſpania nihil adhuc certi. nihil omnino noui habemus.
¶ Ab Appium
A me aūt cū paulū ocij nacti erimus vberiores lrās expectato
Itē. Nondū ſat habes doctrinarꝫ ꝑ gradus Baccalaureatus
aſſumptōe. Item. Lrē tue non parū mihi voluptatis attulere
Itē. Cōfide te poſt id triſticie nō paululū gaudij eē habiturus
nā poſt nebuloſam aurā ſerenior ſepenūero ſol illuceſcit. Item
Si quid aduerſi tibi obtigerit ſperes clemētiſſimū deū quem

humane calamitatis plurimũ miſeret id tibi breue eē allaturũ
Item. Si qͦd boni nobis acciderit plus illico mali adē. Item.
Vehemēter doleo tm̃ tibi infelicitatis eueniſſe. cũ tñ deo ſic vi
ſum ē patiēter vt toleres te rogo Memineris veli nō ſp ad aīe
ſalutē cōducere longũ deterioris fortune ſtatũ Nā deus triſti
bus nos reb in hac fluctuātis vite pegrinatōe ſepenũero affi-
cit vt vēture ⁊ īmortalis vite memores ad celeſtia ſuſpiremus
Item. Vereor te nondũ ſatis feciſſe in lrāria paleſtra ꝙ tā cito
ad nos redieris. Itē. plura ad te ſcribā dũ plus ꝗetis habuero
¶ Cito. ſtatim. cōfeſti. quāprimũ. propediē. continuo. eueſti-
gio. eundē ferme ſenſum habent

¶ Cicero ad Trebeanum

Te cupio videre ꝗ̄ primũ ¶ Ad Celiũ Edilē
Sed vt ſpero propediē te videbo ¶ Ad Caiũ caſſiũ
Te vehementer rogo vt litteras ad me continuo mittas: Itē.
Dum litteras meas perlegeris eueſtigio Petronium nomine
meo ſaluum dicito. ⁊ vt non nihil ad me litterarum ſuarũ det
horteris. Item. Da operam vt confeſtim ad nos venias Naꝫ
conſilio tuo nobis vehementer opus eſt. Item An Paulinus
ſo viriũ qd egrotādo amiſerat rurſus reſumpſerit. fac me ꝗ̄ ꝓ
mum certiorem
¶ Indies pro dietim. licet minus in vſu ſit. pulchrũ tñ eſt Mi
bi ſcito indies maiori cure eſſe dignitatē tuam. Item. Si indi
es plus diligentie feceris indubie credo te in clariſſimum virũ
eſſe euaſurum. Item Si indies quicpiam noui didiceris mul
tũ doctrinarum breui interuallo cumulate conſequeris. Item
Quid rei ſit ꝙ me indies magis atqꝫ magis moleſtas vehemē
ter miror ꝑſertim cum nihil tibi mali vnqꝫ fecerim.
¶ Implicitus pro impeditus ornatum eſt

¶ Cicero ad Lentulum

Scribis te ꝑore eſtate ꝙ morbo implicitus in Siciliā non trā
ſires cōficere non potuiſſe. Item. Sub tuā me pñtiam contu
liſſem lubens ſed varijs implicitus negocijs venire nequiui.
Item. Nōnihil vtiqꝫ lrārũ ad ſororem tuā mei amiciſſimā de-
diſſem. ſed multis implicitus rebus diſtuli vſqꝫ ad abitionem
Pāphili qui ad vos ſe poſtridie dixit eſſe ꝓfecturũ. Item. Ho
mines aiūt Petroniũ quartanis febribus implicitũ id negociũ
qd ſibi a ꝯſulatu impoſitum fuerat ꝯficere nō potuiſſe.

¶ Pre ſe ferre. pre te ferre. pulchre ponũtur pro oſtendere ap-te iudicare. manifeſte declarare

¶ Cicero ad Curionem.

Quod ſignificabas te meas deſiderare litteras pre te fers per-ſpectum mihi quidẽ ſe nuꝑ dulcem, ⁊ optatum amorem:

¶ Cicero ad Cornificium.

Omnibus inimicis reipublice eſſe acerrimũ hoſtẽ pre me fero Item. Quãuis pãphilus ſe mei amiciſſimũ eſſe oſtentet vide-tur tñ mihi aliqͩ fraudis pre ſe ferre Nã ſepenũero ouiũ velle re foris amici vulpecule inſidias intus fouent . Item. Quod mihi tanto interuallo nihil tu ꝓſcripſeris non pre te fers ſinceri amici munus. Item. Delectat me ſane plurimũ ꝙ in pauperꝝ eruditione tantã oꝑam ſꝑ feceris. quo pre te fers ſingularẽ ani mi tui benignitatẽ ꝗuis tibi nihil mercedis ab eis detur. mul tũ tñ immortalis premij apud deum es tibi cõparaturus

¶ Ornatus eſt apud Ciceronẽ poſt ſubſtãtiuũ añ adiectiuũ ad dere hoc relatiũ Is ea id: nulla tñ neceſſitate niſi ornatus cau-ſa. Vel etiam. idem eadem. idem

¶ Cicero ad Curionem

A te vero bis ter ve ad ſummũ lrãs ⁊ eas ꝑ breues accepi. Itẽ Joẽs attulit mihi nunciũ. ⁊ id quidẽ pergratum. Item. Tuũ erga me ſtudiũ ⁊ illd́ qdẽ a puero non poſſum nõ probare. Itẽ Accepi hodie abs te munuſcula ⁊ ea quidẽ ꝑpulcra Germanã tuam ⁊ eam quidem venuſtã maiorẽ immodum diligo:

¶ Petituri aliquid: his ṽbis vtemur: peto: rogo: oro: ꝯtendo queſo obſecro. obteſtor Quodã tñ ordie Nã orare plus eſt ꝗ̃: rogare ⁊ ideo dum ſimul ponuntur: rogare: qꝛ minus ṽcat de bet preponi. ſilr obteſtari plus ẽ ꝗ̃ obſecrare Nã obſecrare ẽ ꝑ ſacra rogare Obteſtari vero adiurare. vt liqͩdo claret ex. Hora tio libro ꝑmo eplaꝝ vbi dicit Qd́ te ꝑ geniũ dextrãqꝫ deoſqꝫ pe nates obſecro et obteſtor vite mee redi priori Item. ꝯtendere plus ẽ ꝗ̃ petere. ṽcat em̃ efflagitare Et q̃ſo plus eſt ꝗ̃ peto

¶ Cicero ad Publium ſextum

Te magnoꝑe nõ hortor ſolũ. ſꝫ etiã ꝑ amore nrõ rogo atqꝫ oro

¶ Ad Curionem

Tanta eſt expectatio vel animi vł ingenij tui. vt ego te obſecro ri. obteſtariqꝫ non dubitem

¶ Ad Clinium.

Te maiorē immodū peto atqꜫ ꝯtendo ¶ Cicero ad Appiū
Te maximope ꝑ nrā ſumma ꝯiūctōe tuaqꜫ ſincera humanitate
etiā atqꜫ etiam peto ⁊ queſo. Item. Gratiſſimū mihi feceris ſi
germanū meū in tuoꝝ numero habeas: quod vt facias te non
rogo ſolū: ſed etiam oro ⁊ obſecro. Item Quanti te ſemꝑ fece//
rim oībus ꝓſpectū eſt: peto igitur abs te vt cauſam meā quan//
tū opus fuerit ꝑ virili tueare: quod ſi feceris perpetuo me tibi
obſequio deuinxeris. Itē. Uale ⁊ mei vt memineris te rogo o
ro atqꜫ obſecro.
¶ Hec aduerbia Magnopē. ſumopē. maximopē maiorem im
modū. immodū mirū. mirūimmoduꝫ. vehemēter. ꝑ maxīe vel
valde elegātiſſime ponūtur: vt patuit in ſuꝑioribꝰ exemplis
¶ Cicero ad Curionē.
Reliqua ſunt epl'arū genera duo q̄ magnopē delectant.
¶ Simile hoc geminatū etiā atqꜫ etiā. iterū atqꜫ iterū. adiunc
tū his verbis. peto. oro. rogo. maiorē exprimit affectū. vt Joan//
nes ꝯgnatus meus quē vehemēter amo tibi cure: vt ſic te etiaꝫ
atqꜫ etiā rogo. Item. Peto abs te maiorē īmodū vt Pāphiluꝫ
mei ſtudioſiſſimū in tuā curā ſuſcipias: q̄tinus intelligat roga
tus meos nō in ꝑuū ſibi cōmodū ceſſiſſe: hoc vt facias te iterū
atqꜫ iterū rogo. Item Ex quo Petronius ſperat ſe mea interceſ
ſione in tuā graciā eſſe ventuꝝ te ꝑ tuo in me amore īmodū mi
rum oro vt te ſibi ꝓ humanum exhibeas: quatinus intelligat
p̄ces meas ſibi ꝓfuiſſe. Item petronius ꝯfidit opē tuā ſibi mi
rūimmodum ꝯmodaturā q̄re vt ꝑcipiat nō nihil ponderis a//
pud te habere ſibi adiumento eſſe velis te maximopē queſo
¶ Intereſt inter charū et iucūdum. Nā chari dicūtur quos in p̄
cio habemus: vtpote q̄ aliqua neceſſitudīe nobis ſunt cōiunc//
ti: vt ſunt filij. parētes fratres. Jucundi vero. qui aut virtuti//
bus aut moꝝ ſuauitate nobis ſunt voluptati. Et q̄niā aliquis
poteſt eſſe charus et nō iucūdus. ideo ſolent hec duo iūgi. vt a
pud Juuenalē. Jucūdū et chaꝝ ſterilis facit vxor amicū. Et ī
multis locis apud Ciceronem patet hec differentia.
¶ Cicero ad Curionē Illud ꝑ//
fectō ꝯgnoſcas mihi te neqꜭ chariorē neqꜭ iucūdiorē eē quē q̄ꜭ
¶ Cicero ad Lentulū.
Exiſtimes veli neminē cuiqꜫ neqꜭ chariorē neqꜭ iucūdiorē vn
q̄ꜫ te fuiſſe qꜫ te mihi. Item. Qui mihi charior ac iucūdior vn//

q̄ꝫ fuiſſet dū a te diſceſſero ſcio nemīnē. Itē nihil ē mihi ſorore
tua chari⁹ nec iucūdius ¶ Eque ꝑ tā ac ꝑ q̄ꝫ vl' ſicut. orna-
tiſſime ponuntur ¶ Cicero ad Curionē.
Me certe habebis cui charus ⁊ eque ſis ⁊ iucūdus ac fuiſti pa
tri Itē. quē eque diligerē ac germanā tuā neſcio ꝑfecto quenq̄ꝫ
Itē Quicq̄d triſticiaꝝ tibi obuenerit eque actu profero. Item
Si me furti accuſes q̄ me pacto excuſem noui optime nā mihi
eque credendū eſt ac tibi ¶ Tua ſpōte pro teipm̄. ſine ali-
cuius impulſiōe. rogatu Similiter Sua ſpōte pro per ſeipm̄
Mea ſponte pro per meipſum. ornatum eſt.
¶ Cicero ad Celum edilē.
Poſtrēo nō tā mea ſpōte q̄ꝫ potētiſſimorū duoꝝ exēplo hoſem
allicere volui ¶ Cicero ad. curionem.
In hanc ſniam ſcribere plura niſi te tua ſpōte ſatis incitatū eē
ꝯſiderem. Item Tu tua te ſpōte in id miſeriaꝝ deiecisti. Item
Pāphilus ſua ſpōte in id āguſtiaꝝ deueniet vt ſꝑ ſit miſer. itē.
Fateor q̄dē me nō mea ſpōte ſed ꝯuicijs laceſſitū obiurgaſſe te
¶ Non vnam. duas. tres. vl' q̄ttuor litteras. ⁊c̄ dicimus. Sꝫ
vnas. binas. ternas quaternas. quinas ſenas. ſeptenas. Nꝫ
littera elementū eſt vt. a. b. c. ¶ Cicero ad Curionem.
Unis lris totius eſtatis res geſtas ad ſenatū perſcriberem.
¶ Cicero ad Eneū Plancum
Binas a te recepi lrās Corcirie datas q̄ꝝ alteris mihi gratula
bare ꝙ audiſſes me meā ꝑſtinā dignitatē obtinere. alteris dice
bas te velle ꝙ egeri bn̄ ⁊ feliciter euenire ¶ Ad Caiū caſſiū.
Ego ſi ſꝑ haberē cui darē lrās vel ternas in hora darem. Item
Licet q̄nas ad te iam dederi lrās nihil tm̄ reſponſi abs te accipi
hactenus. Itē Heſterno veſperi inter cenādū vne mihi lrē tue
allate ſunt. Item. Denas quas ad me dediſti lrās eo ꝙ ꝑſcrip
te erant q̄ꝫ diligentiſſime perferri curaui. ſi quid aliud eſt quod
me vis facere fac vt ſciam ſemper enim tibi preſto ſum
¶ Prepō lepidius in medio q̄ꝫ in ꝑncipio ponitur caſualium
quibus deſeruit ¶ Cicero ad Celium edilem
Quo in loco ſepe vt ex te audiui Clitarchium tibi narrauit.
¶ Ad Eundem
Ea que ſeq̄tur magno eſt in timore ¶ Ad Lentulū
Qibus in rebus ita eū tractes. ⁊c̄. Itē. Quicq̄d auxilij hac in
re Petronio feceris id mihi factū arbitrabor. Item. Memini

ꝙ hac in domo fuerat magna viri prudētia quo etiā familiariſ
ſime ſp̄ vtebar. Itē. Timeo ꝙ ꝑ tuo merito malā in crucē qn̄-
qꝫ ſis iturus. Itē. Quod ad tp̄s coniugale fedus initurus ſuꝫ
cū apud me conſtituero faciā te ſtatim certiorem
¶ Moleſte: Egre. Grauiter. fero: Stomachor eſt cum tedio
accipio ſeu diſplicet mihi ¶ Ad Celium edilē
Illō moleſte fero nihil me adhuc his de reb⁹ habere lrāꝝ tuaꝝ
¶ Ad Ruffinum
Sane moleſte tuli illa beneficia ¶ Ad Deciū Brutū
Ceſaris mortē grauiter fero ¶ Ad Caiū caſſium
Si em̄ ſtomachabere ⁊ moleſte feres plura dicemus. Itē Qđ
heri aberas moleſte nimis magiſter tulit. Item: Vereor ꝙ ma-
giſter egre tulerit meū abſqꝫ ſuo fauore diſceſſum. Item. Tm̄
mihi moleſtie fecit Pāphilus vt me tpare nō potui quin vehe-
mēter ſtomacharer. Itē. Nihil vnq̄ꝫ grauius tuli q̄ꝫ tuū ex a-
chademia Cracouienſi digreſſum
¶ Perſpectū ē mihi. exploratū ē mihi. tibi. ſibi. nobis vobis
exploratū habeo cōptū ē mihi: lepidiſſime ponitur pro certū ē
manifeſtum eſt mihi ¶ Cicero ad Edilem. celium
Exploratū ē mihi ita eſſe vt ſcribis ¶ Ad Plancum.
Quo progredi velles exploratū ſatis habebat
¶ Decius Brutus ad Ciceronem.
Cum p̄mū de Antonio exploratū habuero faciaꝫ te certiorem
Itē. Cū exploratū nobis ſit q̄ꝫtū ſp̄ diligentie in rebus noſtris
feceritis nunq̄ꝫ veriti ſumus vt vos negligentie accuſare pate-
remi. Item. Tametſi mihi nōdū ſane ꝑſpectū ſit quid tibi me-
is in edibus erat negocij. te tm̄ nihil boni voluiſſe ſcio. Itē. Iā
dudum mihi cōpertum eſt ꝙ nugator ſis.
¶ Qđ apta ſit drn̄a inter amare ⁊ diligere. ⁊ ꝙ amare maiorem
vim habeat ex Cicerone ad Dolobellā patet
¶ Cicero ad Dolobellam
Tm̄ acceſſit vt mihi nūc deniq̄ꝫ amare cū videar antea dilexiſſe
Itē. Ex q̄ te ab ineūte puericia nō dilexeri. verūetiā vehement̄
amauerim ſpero te hac in re morem mihi geſtuꝝ. Itē. Me vt
diligas ⁊ ames magnopere rogo. Item Quāuis te p̄us vehemē-
ter dilexerim nunc vero beniuolentia erga me tua indies mag̃
mihi ꝑſpecta ē ⁊ cognita te etiā amē oportet ¶ Cōficio ver-
bū ꝑ ꝑficio. cōpleo. abſoluo ornatiſſimū ē apđ. cice. Ad lētulū

Id ad cõficias cito eſſe eiuſmodi. ¶ Ad Varronem.
Audiamus queadmodũ negociũ ꝯfectũ ſit. ꝯfectũ em̄ eſſe ex-
iſtimo. Item. An ſenatores id negocij cũ Paulino eis erat cõ-
fecerint fac vt ſciam te rogo. Item. Ad me ꝑſcriberes velis an
Pãphilus rẽ ſuã ꝓ voto ſuo ꝯfecerit. Item. Te ſcire volo pe-
troniũ omne id litigij qđ cũ gñe ſuo habuerat ꝯfeciſſe in ſuum
maximũ malũ.

¶ Tanti facere. eſt tã charũ. tã precioſuz. habere vel eſtimare
Similiter magnifacere. ẽ ꝓ magna re habere. Paruifacere ꝓ
exigua ꝑua ⁊ vili re exiſtiare. vł nihil curare vł paꝝ. Similiter
floccipẽdere valz paruipẽdere vł nihil facere. Nã flocci nihil ẽ.

¶ Hoc ſimiliter notatu digniſſimũ eſt: ꝙ hec ꝯparatiua: mino-
ris. maioris. pluris. cũ ſuplatio plurimi. ornatiſſime iũgũtur
his ỽbis ſum es ẽ ⁊c. facio exiſtimo. duco. cenſeo. pendo emo.
ſic tñ ꝙ hoc ſubſtãtiũ ꝑcij nõ exꝑſſe locet. ſʒ ỽtute ſubĩtelligat.

¶ Cicero ad Brutium

Cura ſi me tãti facias. quãti ⁊ Varro exiſtiat vt q̃z ꝓmũ itelli-
gã meã cõmẽdatõez illi tm̄ vtilitat ſattuliſſe quãtũ ipe ſperarit

¶ Ad Caium caſſium.

Velim ad me ſcribas. quid expectandũ. quid agenduz nobis
exiſtimas magni erunt mihi littere tue.

¶ Ad Silium propretorem

Pluris em̄ ex omi familia neminẽ facio ¶ Ad Caiũ caſſiũ
Te plurimi facio ⁊ ſcio eiꝰ ordis auctoritatẽ apđ te magni fui-
ſſe. Itẽ. pleriqꝫ oẽs iã pluris exiſtimãt caduca corporis bona
q̃z imortalis animi opes nullo ſeculo pituras. Item. Qui ter-
rena floccipendit oẽm anime cogitationẽ in diuina dirigit. Itẽ
Hoc tibi ꝑſuade me te maioris eſtimare q̃z rem meã oẽm. Itẽ
Cum multa de te benemeritus ſim vehementer admiror ꝙ me
tam paruifeceris. Item. Tãti te ſemꝑ feci vt nihil vnq̃z pluris
exiſtimaueri q̃z te. Item. Nihil eſſe arbitror qđ apud in erudi-
tũ vulgus minoris exiſtimatur q̃z ſacrũ lrãrum ſtudiũ. Item.
Tanti mõ emitur bubula caro vt nri eui hoies non memine-
rint eã vnq̃z tã charam extitiſſe preſertim cum ſat pabulorum
in pratis vbiqꝫ ſit terrarum

¶ Nuncium eſt id quod nunciatur Nuncius vero tabellarius
litterarium. potator: baiulus. lator.

¶ Cicero ad Celium conſulem.

Cuʒ optatiſſimū nūciū accepiſſem te mihi queſtoreʒ obtigiſſe eo mihi eam ſortem ſperabā fore iucundiorem.

¶ Seruius Sulpitius ad Ciceroneʒ

Scio nō iniucūdiſſimū nūciū vobis allatū. Itē Littere tue triſte mihi nūciū attulerūt cum ſignificarent pāphinellā meā amantiſſimaʒ ex hac vita diſceſſiſſe. Itē Vereor lugubre aliqd nūcium mihi eſſe affuturū, nā anim⁹ meus triſticiaruʒ plenus pſagit mihi aliquid maximi mali. Itē Letiſſimū tibi fero nunciuʒ. Rex noſter celeſti adiutus numine turcos fere oēs bello vicit: ⁊ captiuū ſuū populum ex hoſtili manu liberauit. Item Faxit deus vt verum ſit illud nunciū quod modo preceperim mihi edepol nihil foret iucundius auditu.

¶ Tēpora ſubiūctiui modi perpulcre ponūtur p tpibus indicatiui moi: vt dederis p dabis: feceris p facies: pſpexerim pro pſpexi. Hoc eīm maxīe quotiēs ſcribēdū veit p cū. dū ſīc.

¶ Cicero ad Apuleium.

Valde mihi gratū erit ſi curaris. ¶ Ad Therniū p cōſulē

Tu quod egeris id veli dij apphēt ¶ Ad Lentulum.

Cū a vobis mee ſalutis auctoribus diſceſſerim.

¶ Ad Galliū.

Gratiſſimuʒ mihi feceris ſi curaris vt his intelligat me a te tm̄ amari quātū ipe exiſtimo. ¶ Ad Clunium.

Hoc mihi cū gratiſſimuʒ feceris tū viros optimos ſummo beneficio in perpetuū tibi tuiſqʒ deuinxeris. Itē. Nil dubito quī ad te petr⁹ oīa que hic acta ſunt dudū perſcripſerit. Itē Si acceperо te poſt hac in euʒ verbo vel ſacro deliquiſſe non ſperes te impune abiturū. Itē ſi recte philoſophabere multū tibi honoris apud homines ⁊ īhonorabilē apud ſuperos gloriā ꝯparaueris. Itē. Deus oē id qd faciēdū ſtatueris. vt ſecūdet exopto

¶ Gerundia que ſecunduʒ Priſcianum octauo maioris illum ſequūtur caſum: quē ⁊ ꝟba ex quibus naſcūtur: vt ſi dicā: Intelligēdi Homerū cauſa venio. Intelligēdo Homerū pfeci. amādo ꝟtutē legi. inuidēdum nobis nō eſt ⁊ minime nocēdum ꝟtuti. peruenuſte mutātur in gerūdia q̄ diſcernūt genera et ſili caſui iungūtur: vt amāde ꝟtutis cauſa intelligēdi homis gracia et emēdi mācipij ſtudio veni. ¶ Cicero ad Liciniū.

Nunqʒ mihi tui colendi aut ornandi voluntas defuit.

Ad Quītū Ligarium

Et ſi tali tpe me aut ꝯſulandi aut iuuandi aut tui cauſa ſcribere
aliquid ad te ꝑ amicicia noſtra oportebat. Ad plancum.
Ut ꝓmū mihi ptās data ē agēde dignitatꝫ tue nihil ꝑtermiſſi.

¶ Ad Lentulum proconſulem.

Grauiſſimis in ſenatu ſentencijs oppugnaſſem: neqꝫ tā illius
legendi cauſa ꝗꝫ defēdendi atqꝫ ornādi Cathonis. Itē. Craco
uiā ꝯceſſi capeſſende doctrine cauſa. Itē. Cū te iā pridē nō vi
derim ad vos breui ꝓficiſcar. nā percupidus ſum videndi tui
Item Aſcēdā pretoriū viſende choree gratia Item Tecū cogi
tes velim me defendendi honoris tui cauſa nihil prorſus ope
eſſe pretermiſſuꝝ. Item Audiēde lectōis ſtudio ad collegium
greſſū dirigā: Itē. Potādi veterꝫ vini grā ad cellā ābulo viariā
Multa bona mihi feciſti. Elegātius ꝓfertur. Benemeritus
es de me. Nā bn̄meritus dicitur qui alicui bn̄ficiū ꝯtulerit. vt
parentes mei bn̄meriti ſunt de me: valet: mlta bona mihi fece
rūt. Item Nemo neſcit me de te eſſe bn̄meritū: valet: quilibet
ſcit me multa tibi beneficia feciſſe. ¶ Cicero ad Lentulum
Nec quicqꝫ ex ōnibus rebus humanis eſt preclarius aut ꝓſ-
tantꝰ ꝗꝫ de re publica bn̄mereri ¶ Ad Numaciū cauſidicū
Homines grati benemeritos de ſe ꝯmendare debent: Itē Cū
nihil vnqꝫ benemeritus ſum de te: propter tua tamē in me offi
cia me tibi ꝑpetuo iure obſtrictū eſſe ꝓfiteor. Itē. Cuꝫ genitor
tuus tam bn̄meritus ſit de me vt gratias ſibi nūqꝫ ſim relatu-
rus ſeruitutem tamen meam ſi ea olim vti velit preſto ſemper
futuram eſſe polliceor. Item. Parens tua optima femīa tam
benemerita eſt de me vt nulla vnqꝫ parilitate ſibi eque ſum reſ
ponſurus: qꝫobrem augende et tuende fame ſue gratia accura
tiſſimum me fore non dubitet velim.

¶ A Uita diſcedere: diem obire deo natureqꝫ concedere. de vi
ta migrare. pulcre ponitur pro mori Sed ſecundum Poetas
ad manes deſcendit. ad orcum migrauit in orci familiam enu-
meratus eſt. Plutonis regna ſubijt. tartara petiuit. valet mor
tuus eſt. ¶ Cicero ad cu rionem
Si te ante videret qꝫ a vita diſcederet

¶ Seruius Sulpi. ad Ciceronem

Scriptū erat paulo āte lucē Marcellū diem ſuū obijſſe Item
Nihil vtilitatis ꝯſequimini quod ob filij veſtri ex hac vita diſceſſū
aſſiduis ſingultibus lachrymas excutitis: memineritis veliꝫ

hac nos lege omnes eſſe progenitos: vt dum deo placitū fue-
rit noſtrum obeamus diem. Itē Quāuis tibi vehemēter ꝯdo
leo: ꝙ filia tua de vita migͣuerit id tn̄ vt tolerāter patiare et hor
tor ⁊ rogo. Nā q̄ꝫ certū tibi ē ipaꝫ diē ſuū obiſſe tā certū ē te eē
moriturꝫ. Itē Nō ſatis q̄o ꝯmiſci vnde iſtec ꝑuerſitas aīs nr̄is
ſuggerit ꝙ diuicias tāta auiditate accumulamꝰ tāq̄ꝫ ex hac vi
ta nūq̄ꝫ migraturi: ⁊ voluptatibꝫ beluinis q̄ nob cū aſino ⁊ ſu
ccōes ſīt opaꝫ damꝰ ac ſi ad craſtinū cēnꝰ diē ntm̄ obituri.
¶ Suam. tuam. meam. noſtram. veſtram. in quocunq̄ꝫ etiaꝫ
caſu locanda veniunt ornatius poſtponuntur his prepoſitio-
nibus erga vel in. cum caſuali. me. te. ſe. mei. tui. ſui. ⁊c. quaꝫ
ſi preponantur minus enim concinne ſonant ꝓ prelocata

¶ Cicero ad Lentulum

Sunt enim teſtes ⁊ erunt ſempiterni meritorū erga me tuorꝫ

¶ Ad Curionem

Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei. Itē: Ve
tuſta illa neceſſitudo in me tua omnibus perſpecta eſt. Item.
Singularis illa beniuolentia erga me tua fiducie ſtimulos mi
bi ſuggerit preces meas nullam prorſus repulſam apud te ha
bituras Item. Summus amor erga me tuus nō paululū mi
hi ſpei confert te votis meis eſſe auſcultaturum
¶ Statuo verbum vel compoſitum eius pro delibero decen-
ter nā poſitum ornat plurimū

¶ Cicero ad. caium Anthonium.

